



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 58. Quidam Romani Præfules custodiæ dati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

gerendum supremum Apostolatum aptissimus, Sæc. XVIII.
ita e contra ad Magistratus obeundos, ad A.C. 1730.
Rempublicam capessendam minus videbatur
idoneus. Tanta præterea pollebat morum
innocentia, ut nec abditas negotiorum diffi-
cultates valeret internoscere, nec Ministri-
rum, præsertim vero suorum familiarium
aslus præcavere. Et tamen constanti in-
genitæ justitiae studio ad optima quæque
agenda erudiebatur. Pontificium ærarium
minime imminutum fuit: Novo œre alieno
Camera Apostolica non laboravit &c. Hæc
ille, Cardinalis vero Quirinus in suis
Commentariis Part. II. p. 277. glorissimi
hujus Pontificis laudes hac epigraphæ
complectitur: *Ursinum nominare, virtu-
tem ipsam laudare est, Ursinum pingere,
virtutem ipsam delineare est.*

§. LVIII.

*Quidam Romani Præfules custodice
dati.*

Hoc Pontifice ad tumulum delato Sa-
crum Purpuratorum Collegium de
more negotiorum administrationem in
se susceperebat; ac præprimis Cardinalis
Corsinius functiones, quæ Fisci Romani
Curiæ Præsidi competunt obibat; ab-
sens enim tum erat Hannibal Cardina-
lis Albanius, quo tamen die vigesima
tertia Februarii Romam delato Cardi-
nales

R. 3

Sæc. XVIII. nales Zondadarius, Altierius, & Ale-
A. C. 1730. xander Albanius pro instruendo Con-
clavi Inspectores supremi nominabantur, Urbis vero Regimen Aribertio
Palmirano Archiepiscopo delatum est.
His ita dispositis prima Cardioalium
cura eo abibat, ut in eos inquirerent,
qui Pontificis indulgentia abusi, populi
oppressione aliisque inquis viis the-
sauros sibi coacervasse credebantur.
Horum principem exstissem censebant
Cardinalem Cosciam, qui aliunde sua
arrogantia, aliorum contemptu, & a
varitia Cardinalium indignationem,
& populi odium in se concitaverat.
Nondum tamen Cardinales in hunc
rum tempestatem, quam parabant,
detonare audebant, fors reverenter
erga defunctum Pontificem absterriti,
qui edito decreto inhibuit, ne post Pe-
tificis obitum quisquam de pecuniis
pud Cosciam depositis rationem ab ei
exigere praesumeret: Igitur saltem in
illos, qui Cosciae sectatores, & crimi-
num complices ac consciit putabantur,
severitas interim exercenda erat. Hos
inter præprimis Abbas Romanus, qui
vestigial de piscibus conduxerat, & Va-
lerius Lacati Cosciae Oeconomus in
arcem S. Angeli abducebantur, nume-
roso milite stipati, eoquod populus in
rabiem actus utrumque neci dare, &
Co

Cosciæ Palatum incendere minitare-
tur, imo jamjam ignem supponeret. Sæc. XVIII.
A. C. 1730.
Altera die Negronius Pontificii ærarii
Præfectus, & Sardinius rei bellicæ Cu-
rator suis officiis exuebantur, ac die
vigesima quinta Februarii paulopost
plures alii Cosciæ Amici, quos fuga
non abstulerat, in carceres raptaban-
tur: Supererat ipse Cardinalis Coscia,
qui in ædibus Marchionis Abbatii de-
litescebat, cujus palatum populus fun-
ditus evertisset, ni ab occurrente mi-
lite suisset cohibitus. Ut ergo Coscia
suæ securitati consuleret, cataphracto-
rum Equitum turma cinctus, Roma ex-
cessit, ac primo ad Mari-Montem pro-
fugus tandem Cisternam venit, ibidem
a Caserta - Cajetano Duce per hono-
rifice exceptus. Eadem tamen adhuc
die Marchionis Palatum, omnesque
ejus anguli perquirebantur, ubi etiam
trecentæ fuerunt repertæ prægraves
cistæ libris, scripturis, & potissimum
pretiosis, ac pecuniis onustæ.

§. LIX.

*Sacra Cardinalium comitia pro eli-
gendo novo Pontifice.*

Interim die vigesima quarta Aprilis
novemdiales exequiæ pio ac veteri
ritu celebrari cœperant, sub quibus

R 4 P. Tho-